CYPRIANUS CARTHAGINENSIS. ECBERTUS SCHONAUGIENSIS. AUGUSTINUS. GOZWINUS
12. bis 13. Jh. Seite 87v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26220
Copyright: Admont, Benediktinerstift



simo die & in anima & corpore. Plu
rimi uero istorum & iam hoc in mercede accipi
ent ut ante nouissimum diem libenter a pe
nis suis per bona opera uiuencium fidelium
que supra memorata sunt. alii quidem citius,
alii autem tardius. secundum merita eorum maio
ra uel minora in hoc mundo. Nam sicut
dictis quelibet anima mox cum de presenti
seculo migrauerit aut in eterna beatitudine
constituitur quo nemo cum peccati macula
accedet & ubi nemo peccati macula
contrahit. aut eternis penis deputatur ubi
nulla remissio nulla misericordie exhibicio
est. Ergo superflue a saluatore talis dis
tinctio facta est ut diceret peccatum illud
quod est in spiritum sanctum non remitti nec in hoc
seculo neque in futuro. Nam si nullum in futuro
seculo peccatum illud remitteretur non tam spe
cialiter de illo peccato dixisset quod neque
in hoc seculo neque in futuro remittetur sed suf
fecisset simpliciter dixisse quomodo remittetur
numquam ei. Unum adhuc satis euidens testi
monium ad confirmationem partis